

29 18

Leopoldus Divina favente clementia, Electus
Romanorum Imperator semper Augustus.

Honorabilis Religiose Senote Dilecte. Grata Nobis
fuerunt Litterae Vrae 8.^{ua} classis Mensis Julij datae, cum
prudentes illae quidem et graves tum ornato inprimis
ac perpolito Stilo scriptae, gratum Nobis non minus
fuit opus, quod Nobis una transmisistis, Vester nempe
excellens Obeliscus Aegyptiacus. Grata inquam
Nobis ambo existere, non quidem propterea, quod in
utroque nostri memor fueritis, sed quod Vos Nobis ob-
servatissimum Nobisque devotissimum videamus; Nil
enim Nobis gratius et iucundius esse potest, quam a
Doctissimo Viri observari, praesertim in quo cum optimis
praestantissimisque artibus Summa probitas, Summa huma-
nitas coniuncta est. Quam ob rem ut Vobis breviter re-
spondeamus, haud gravatim facemur, quod Nos per ac-
centuatam devotionem Vestram dictique muneri oblatio-
nem Sumopere exhilaraveritis, Vos securum reddentes,

Nos hanc deuoti animi Submissionem omni data occasione
tum erga Vos tum Vniuersam Societatem: quam ob insignia
eius in Nos collata et indies crescentia merita unice
diligimus: gratia nostra Casarea recompensabimus,
utpote qua Vobis et Vniuersae Societati Semper manemus
propensissimi. Datum in Civitate nostra Viennae die
sexta Mensis Augusti, Anno Mill.^{mo} Sexcent.^{mo} Septu.^{mo}
gesimo Septo, Regnorum nostrorum Romani nono, Vnga-
rici Duodecimo, Bohemici vero decimo.

Leopoldus


Carolus My gl'is Pringmayer

Id. Mandatum Sac. Cas.
Majestatis proprium

Christophorus Abele

Handwritten text in cursive script, oriented vertically. The text is partially obscured by a large, irregular brown stain on the left side of the page. The visible text appears to be:
...the ... of ...





Honorabili Religioso Devoto Nobis Dilecto Athana,
sio Kircher Soc. ^{his} Jesu

Roma